butionis donaria multiplicare q̄ꝫ plurimis. ⁊ communicatione beniuola liberaliter clargiri. nam ⁊ hec nature conditor deus nobis oſtendit euidē tius ⁊ mirabiliꝰ operatur. quo multiplices ſuarum diuitiarum aceruos non in arcis tutioribus peſſulo cupide voluntatis recludit ſed magnifica largitate diſtribuit ⁊ effundit Nam iuxta ſcripture teſtimonium. ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos ⁊ malos. ⁊ pluit ſup iuſtos ⁊ iniuſtos. Imitans igitur tante venerationis artificem. nedum in amicos ⁊ beniuolos ſtudeas prebere beneficium. ſed in extraneos ⁊ ignotos. Nam ſic fame preconia ⁊ virtutis premia conſequeris. ⁊ amicorum numero nō nullos ſuſcipies in amicos. quos primitus habueras inimicos. Utilius regno eſt meritis acquirere amicos. Unde nouꝰ Cato.

Proſis ⁊ ignotis ⁊ non ſolummodo notis
Rex eſt mendicus cui non eſt vllus amicus

Non alta ſapere concupiſcas

dimitte ſecreta .i. celeſtia
Mitte arcana dei celumqꝫ inquirere quid ſit
tu altiora te ne queſieris dicet ſapiens
Cum ſis mortalis que ſunt mortalia cura

Mundane ciuitatis politia tunc iuſtis legibus agitur. ⁊ rationis moderamine gubernatur. cum vnumquodqꝫ entium ſue inſtitutiōis metas non deſerens. ad altiora ſe ⁊ ſibi inpertinentia non erigitur importune. Non igitur contendat humane defectibilitatis imbecillitas. ſuperuacue indagationis moueri ſcrutinio. aut varia curioſitate turbari. vt ad diuinorum ſecretorum abſcondita cupiat aſpirare. aut varijs falſidicorum. vel diuinationū ſuſpicijs ⁊ ſponſoribus. aures credulas exhibere. Nam ſcripturis diuinis indicitur ꝙ perſecutor maieſtatis opprimetur a gloria. Et ore proprio veritas in euangelio intonat Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta. que pater poſuit in poteſtate ſua. Hoc etiam indicit communis animorum conceptio. ꝙ is qui in creatione proprio fretus arbitrio prout voluit omnem creature ſpeciem produxit in eſſe Sic in eius regimine ac manutenentia. nullum nature conſilium depoſcit ad eſſe. nulla ergo cōſiderationis indagine. niſi deſipias precognitionis oculum dirigas ad futura. Cum ſis mortalis que ſunt mortalia cura. Unde nouus Cato.

Ad ſecreta poli curas extendere noli.
Cum ſic tractatur quid ſit mortale curatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

¶ Q; mors non ſit timenda

relinque timorem mortis .ſ.timere mortem
Linque metum leti. nam ſtultū eſt tpe in omni
.ſ.nimis pdit cōtra eſt memorare nouiſſima tua
Qui mortē metuit. amittit gaudia vite

¶ Mortalis humane vite ſeries hac cōditione ſtadium terrene ꝯflictionis ingredit vt tandem aliquotiēs libens vel inuite diſcedat. In quo q̇dem agonis examine ſic pugnādum eſt viriliter. ſic fortiter dimicādum. quaſi momētis ſingulis deberet huiōi prelium terminari. Sane illuſtribus animis hec ſepatio non eſt metuēda ſummope. quia iuxta Senece ſentētiam. hac cōditione mūdum intrauim⁹. vt aliquotiens exiremus. Et ideo natura homīs cenſetur eſſe. nō pena a cui⁹ generalitatis participio nullus mortalium meretur excludi. Uirtualis ergo perfectiōis integritas. vitam hāc dignitatis prerogatiua nobilitās. future felicitatis primitias deguſtando. mortis pauorem abijciat. ne vite pn̄tis inducie dum cōtinuo timoris mordetur aculeo tranſigātur in miſeria ⁊ lite. Qui mortem metuit amittit gaudia vite. Unde nouus Cato

Mortis linque metus vt poſſis viuere letus
Stulticiam ſeruas ſi vite gaudia perdas.

¶ In ira de nullo contendas

.i.tu paſſionatus litigare
Iratus de re incerta contendere noli
pturbat paſſio rōnez videre
Impedit ira animū. ne poſſit cernere verum

¶ Dum iracūdie furor ebulliēs. tanq̄ȝ hoſpes improb⁹ arcana mentis inuaſerit. tunc anima proprio viduata priuilegio. ⁊ diris ſenſualitatis vinculis alligata. recte deliberatiōis iudicium nō admittit. ſed poti⁹ bella cōcipit. intonat iurgia. ⁊ cōtumeliarum ſemiaria ore procaci diſtillat. Uerum tāto ſeuientis diſcretionis naufragio. non expedit in cōſilijs vſurpare deliberationis officium. ſeu in iudicijs ſentētie calculum promulgare. donec paulatim relegato tante acerbitatis hoſpite. anima tādem propria libertate potita. in priſtine amenitatis temperiem reparetur. Alioquin ſi ſecus fieret diſtorte cōſultationis vocem adderet. ac iudicium cōtumax atq̇ȝ ſeuerum. Ira impedit animum ne poſſit cernere verum.

Unde nouus Cato.

In nullis rerum videt iracundia verum
At dubia cauſa certabis non ſine cauſa

¶ De ſumptuū et expenſaꝝ honeſtate

in impenſas qn̄ opoꝛtunitas requirit
Fac ſumptū ꝓprie dū res deſiderat ipſa
liberaliter .i. vbi qn̄ et quib⁹ opoꝛtet
Dandū eteni eſt aliqd dū tēp⁹ poſtulat aut res

¶ Tanta reb⁹ humanis adheret mutabilitas ꝙ in his nulla poteſt diu- tine parilitatis adequatio reperiri. quapꝛopter licet pꝛodigalitatis viciū bonis aduerſetur moꝛibus. nōnunq̄ȝ tamē cum neceſſitas tempoꝛis hoc inducunt. pleno coꝛnu vacādum eſt ſumptib⁹. ⁊ tunc virtuoſe aggredie ris. de quo alias ſi deeſſet caſus neceſſitas. ſupfluitatis vocabulum repoꝛ- tares. Donādum eſt aliqd dū temp⁹ poſtulat aut res. Vn̄ nou⁹ Cato.
Fac cito quod debes quando diſponere debes
Sed cum debebis pro tempoꝛe remq̄ȝ videbis.

¶ De ſocioꝝ offenſione precauēda

pudoꝛē ⁊ ſcādalū ſocioꝝ tu .i. occultare nō reuelare
Qd̄ pudeat ſocios prudēs celare memento
qui nō ſciebāt repꝛehendāt qd̄ tibi ſoli notū fuit
Ne plures culpent id qd̄ tibi diſplicit vni

¶ Naturalis legis inſtitutio. coꝛdib⁹ humanis characteris indelibilis annotatiōe confixa. reciproce charitatis poſtulat vnionem. indicens ſin gulis. ꝙ in quib⁹ ſe deteſtant offendi alijs offendiculum nō immittant.
¶ Hanc iuſtiſſime ciuilitatis legem vehemēter impugnāt deriſores ⁊ i- uidi. qui ſui ꝓprij reatus palliātes malicias. cōtra pꝛoximoꝛum culpas detractionum armāt aculeos. ⁊ irriſionis iaculis aliene fame pꝛeconium lacerant ⁊ impugnāt. ¶ Pone igitur cuſtodiam oꝛi tuo ⁊ ne omnibus odioſus appareas ſcādaliſatis pꝛoximis. linguam maliloquam pꝛohibe et ꝑmuni. Ne plures culpēt id quod tibi diſplicet vni. Vn̄ nou⁹ Cato.
Prudens celabit quod amicis turpe putabit.
Nam culpent plures quod ſolus pandere cures

¶ Mediocribus contentus eſto.

Terē. valde vtile in vita ne qd̄ nimis. Hoꝛati⁹ tuta ⁊ ꝑuula laudo
Qd̄ nimiū eſt fugito. ꝑuis gaudere memento

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

ſecura eſt magis paruo nauigat

Tuta magis puppis modico q̄ flumine fert᷑

¶ Nature ſagacis cōſiderata temperies que iuxta quēdam ſapientem ꝑ uis minimiſqꝫ cōtenta eſt. omnem ſuperflue curioſitatis voluptatem de negat ⁊ abhorret vt nec in corporis ornatu pompoſitas. nō in geſtu vul tuoſitas nō in ferculis guloſitas. nec feralis timiditas appareat in cōui ctu. Si sec⁹ egeris. limites moderate rationis excedēs. hominib⁹ conſti tues ſcādalum virtutis exitium. ne nouiſſime te reperies aduerſarium ti biipſi. Ampliora ergo ⁊ maiora te iuxta ſapiētis cōſilium ne queſieris. et abuſus rotante fortuna ruinam fortune deſolatiōis adducat. ſed paucis leta mente cōtentus. eo magis vtere quo in exiguo fluminis alueo ſecuri us nauigatur. Tuta magis puppis modico que flumine fertur.

Unde nouus Cato.

Tu modicum ſperas nimium fugiendo repellas

Fit ſecura magis in paruo flumine nauis

¶ Ex iniquitatib⁹ proſperari non cōfidas

valerius. lento quidē paſſu de⁹ ad vindictam ꝓcedit.

Nolo putes prauos hoīes peccata lucrari

ꝑ aliquot tp̄a occultant᷑ manifeſtant᷑

Temporibus peccata latent ⁊ tp̄e patent

¶ Si diuine diſpēſationis ſeries. nullis humane cōſiderationis incluſa limitib⁹ attendatur efficaci⁹: ⁊ crebre ſpeculationis oculo perpēdatur. nullam ingētioris admirationis dubietatem reperies. qꝫ conſiderato vi te preſentis ſtadio. nōnulli laxatis frenis laſciuie ꝑ aream proprie volū tatis aut verius voluptatis excurrūt vacātes ocijs teterrimis implicati deſiderijs. nihil licitum. ſed omnia ad libitum faciētes. Et hi quidem vt in plurimū ſublimātur honoribus. iocūdantur diuitijs. Et in totius hu mane cōgratulationis gloria proſperātur Uerum impſcrutabilis precel ſi diuinitatis ocul⁹ attingens a fine vſqꝫ ad finem fortiter. dum ſolite lō ganimitatis patiētia laureatus tot largiflue liberalitatis donaria ſenſerit ingratitudinis demerſa naufragio. ⁊ debitis officioꝝ carere ſtipendijs ac peccatoꝝ animum ad tātam deueniſſe veſaniam vt ſui largitoris imme mor. p̄ſumptiua temeritate ſeduct⁹ ſuis acerbat meritis quod reuerēter offerre debuerat donatori. mox tātis iniuriarum cōuitijs exacerbata di uinitas abiecto pro te late patiētie clypeo. vt in tāti reatu ſceleris nec pa tiētia victum. nec beneficijs emollitum gladium diſtricte ſeueritatis exa cuit, ⁊ commutās iuſticiam in iudicium. vbi peccator longioris vite mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

ra. ⁊ deſiderijs anime ſue temerarie credulitatis volūtate confidit. repentinus interitꝰ ſuperueniēs omnem optate proſperitatis terminum interdudit. Et iuſtiſſimo quidem equitatis iudicio agitur vt qui indultū tempus ad veniam. ad diuine maieſtatis iniuriam retorſit. extrema ſue vite tempora careāt beneficio creatoris. Et hāc diuine animaduerſiōis regulam. omnes filij adam meticuloſo mētis ſcrupulo ante cordis oculos frequēter ſtatuant. ⁊ in ſue memorie ſecretarijs diligēter exarent. Temporibus peccata latēt. ⁊ tempore patēt. Unde nouus Cato.

Abſit opinari pro nos peccata lucrari

Primo ſe celant peccata deinde reuelant.

¶ De homontionibus

ſtatius. maior in exiguo regnabat corpe virtus

Corporis exigui vires cōtemnere noli

et prudentia illa paruus lucet. i. vires corporales

Cōſilio pollet cui vim natura negauit

¶ Spinarum preacuta denſitas. roſei floris amenitate letatur. ⁊ teſtea nucis duricies nuclei dulcedinem prudēter abſcōdit. Et nōnunq̄ʒ lutea vaſa figuli precioſis aromatibꝰ profundūtur. Sic perſepe humane generationis abiecta corpora indecora effigies membroꝝ compoſitione difformia. inſignioris anime titulis decorātur. ¶ Porro huiꝰ iacturam diſpēdij ſapiens breui dolore compēſat. Nam dum in ſubiecto hominis ſapientia preſidet. virtus obſequit. ⁊ ratio tanq̄ʒ familiaris vernacula comitatur corporee molis pauperiem nō lugere expedit. Nam ancille deformitas in patriſfamilias domo tollerat facilime vbi domina imenſi decoris ſchemate radiauerit. Cōſilio pollet cui vim natura negauit.

Unde nouus Cato.

Ne reputes viles in paruo corpore vires

Ingenio pleno ſors viribus extat egeno.

¶ Maiori cede etiā pari et q̄nq̄ʒ inferiori

noueris in robore vel fortitudine ſpilli

Quē ſcieris nō eſſe parem tibi tempore cede

qui victꝰ fuit vinci

Victorē a victo ſuperari ſepe videmus

¶ In corporalibꝰ exercitijs in collationibꝰ ⁊ ſtudijs. nō ſemper expedit potentiorē victorie prerogatiua potiri. ſed nōnunq̄ʒ poſteriorem ſe fingere

In certamine qui priori pōterat īueniri. ne dum ſemꝑ in alios dn̄ationis imperium vendicare nitit̄. interdum exoſos pluribꝰ ⁊ multipliciter ꝓuocatꝰ. eo ſuccumbat vilius. quo a victo fuerit ſuperatꝰ. Et hoc vincēdi genus retrogradum nos omnes generaliter fouemꝰ. Victorem a victo ſuperari ſepe videmus. Unde nouꝰ Cato.

Spernere tu noli quin cedas ſepe minori
Et qui victorem tenuit iam victus honorem

De omni cōtentione fugienda

amicū tuū litigare
Aduerſus notū noli cōtendere verbis
maxima diſcordia ſicut ignis creſcit ex lignis
Lis minimis verbis interdū maxia creſcit

Ignis materialis facili paleaꝝ aduſtione ſuccēditur cui ſi lignoꝝ ſtruem crebra repetitiōe frequēter apponas ī atrociam flammarum indelebilem cōualeſcit. Sic in amicoꝝ cōuictu modica iniurioſe vocis ſeminaria in cōtumelias pullulant. vinculis amicitie ꝑpetuo diſſipatis. Et hoc malo nihil ſapiēti deteſtabilius. vt thezaurꝰ incompabilis ſummi laboris artificio cōquiſitus. rumuſculis vnius momēti depereat. ⁊ prouocata iniurijs amicitia iam ī amicum. gladiū hoſtilitatis acuit dum crudeſcit. Lis minimis verbis interdū mxima creſcit. Unde nouus Cato.

De verbis paruis creſcit lis vſqꝫ ſub armis

De fuga inuidie

cū magna diligentia
Inuidiam nimio cultu vitare memento
inuidia inuidiā pati graue
Que ſi non ledit tamē hāc ſufferre moleſtū eſt

Puſillanimitate depreſſa pauperies. proſperitatis indiga ⁊ emula honeſtatis. dum aliene proſperitati dolēter inuidet. primos in ſemetipſa ꝓprie malignitatis aculeos experit̄. Non em̄ diuine legis imperio vlla ſanctio reperit̄ equior. qꝫ iniquitatis artificem ſue inuētionis legibꝰ interire. Anxiat̄ equidem ſenticoſi liuoris attactu. ⁊ attendit aliquos proſperari ſuas reputās iniurias. Et quicq̄d alteri preconizātis fame cōtigerit. reputat ſibi noxium ⁊ infeſtum. que ſi nō ledit tamē hanc ſufferre moleſtū eſt. Unde nouꝰ Cato.

Inuidie cultum fugias chariſſime multum.
Mentem liuor edit ſi non in tempore cedit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

¶ De ſortilegijs et diuinationib⁹

facere ſortilegio
Quid deus intendat noli ꝑquirere ſorte
facere ꝑ ſapientiã .i. ſine tuo cõſilio
Qđ ſtatuit de te. ſine te deliberat ipſe

¶ Si diuine maieſtati latrialis reuerẽtie obſequium prebere ſtudeas. tã
te ſuperſtitiõis macula a tue volũtatis affectib⁹ ſecludatur. vt diuine vo
luntatis aut diſpoſitiõis circa futura cõtingentia oneroſus explorator ex
iſtas ne in illud maledictum moſaice legis incidas. Beſtia que tetigerit
montem lapidib⁹ obruetur. Sed in illud cõminatorium ſapiẽtis. Con
templator maieſtatis opprimet᷑ a gloria. Quod em̃ amplioris dementie
reperit᷑ iudicium q̃ȝ vile patriſfamilias mancipium. ⁊ ei⁹ redemptum nũ
miſmate. ⁊ ſpeciali gratia manumiſſum in tãtam preſumptiõis erigatur
arrogãtiam. vt parilitatem dominatiõis aſpiret anhelãs inuito domino
vt ſecretarius cõſcius habeatur. ¶ Uerũtamen nõnulli mortalium eo
deterius quo cõtumatius iugum deitatis abijciunt. dum abuſiue mentis
proteruia idolatrie veſaniam ſimilãtes. magos cõſulunt ⁊ ariolos. chara
cterib⁹ ⁊ figuris intendũt reſponſis demonum ⁊ phitonum ſtridorib⁹ ve
ritatem cõijciunt futuroꝝ. Alij vero ex garritu auium ⁊ ex earum intui
tu a motu membroꝝ. et a muliercularum aſpectu. ab igneis pyramidib⁹
ab aquarum gurgitib⁹ a lineis manuũ. noticiam decerpere moliũtur. in
diuine maieſtatis iniuriam ſeminarium reuocãtes idolatrie. ⁊ cõtrarias
criminoſe affectiões aſſequentes. Unde nouus Cato.

Quid deus ipſe velit cur ſors tua diſcere querit
Te ſine diſponit quicquid tibi reddere nouit.

¶ De animi fortitudine in aduerſis et iniquis iudicijs obſeruanda.

tu conſtanti a iudice iniuſte
Eſto animo forti cũ ſis damnatus inique
nullus etiam nõ damnatus
Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo

¶ Cum violẽtia iuſticie perſecutrix te precipitãter inuaſerit. tũc animis
virilibus vtẽdum ſtatuas. mollicie feminee leuitatis expulſa. Alioquin
ſi rigoris pertinacia equo vecta ſuperbie. per campos arbitrarie volunta-
tis excurreret nullo cõtradictionis obijce prepoſito totam cõfringeret ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

getem rationis. Si ergo in calumnioſo iudicis auditorio per penam cõdemnatus extiteris. cõſtantie murum ac reſiſtẽtie vallum feſtines oppo nere. ne iuſticie materiã depulſam inueniat. aut parietes inclinatos. Nã recte rationis iudicio duplici plaga cõteritur. qui damnabili mulctatus iniuria. ⁊ diſſimulatiõe malignãdi fiduciam tribuit inimico Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo. Unde nouꝰ Cato.

Si fortis factus ſub iniqua lege coactus
Non gaudet multum quem lex mala ſeruat inultum

De bonis ſocijs acquirendis.

fidelem
Cum tibi vel ſocium vel fidũ queris amicum
rerꝫ affluẽtia honeſta
Non tibi fortuna hoĩs ſed vita petenda eſt

Si preclarum amicitie ſedꝰ cum quolibet hominũ volueris adipiſci. nõ nature claritatis inſignia. nõ fortune venuſtatis preconia. nõ copioſe ſuppellectilis ſarcinulas non mundane dignitatis primitias intuere. Sed ſi ſciẽtie claritate perfuſus. ſi ꝟtutum pondere trahatꝰ. ſi fame preconizãtis munere laureatus extiterit etiam ſi blandiẽtis fortune nouercantes experiatur inſultꝰ huius amicicia poſtulãda ſedulius amplectenda viriliꝰ. ac totis ꝯnatibꝰ obſeruanda Non tibi fortuna eſt homis ſed vita petenda. Unde nouus Cato.

Si quis amicari ſibi vult ⁊ ſe ſociari
Non fortunam tantum querat ſed more beatum

Litem ne renoues

diſcordie anteacte poſt pacẽ factam renouare
Litis preteriti noli maledicta referre
habitas iam ſopitas renouare eſt
Poſt inimicicias iram meminiſſe malorum

Flebilis beluarum atrocitas leuiſſime cõcitatur iniurijs nunq̃ꝫ priſtine leſionis iniuriam derelinquẽs. Homo vero nature ſolemnioris artificis procreatꝰ. dum loro rationis aſtringit̃ indeſinẽter. ampliato diſcretionis pallio. ſine cauſis vrgẽtibus cõturbatur rariꝰ. ⁊ celerius mulcetur. ꝙ ſi ſemel accepta iniuria cõſueuerit prioris iracũdie morſus repetere. et pacis catenam diſſoluere malignitati ſubſcribit̃ ⁊ creditur indecorum. Poſt inimicicias iram meminiſſe maloꝝ eſt. Unde nouus Cato.

Quiſqꝫ ſit oblitus litis iam factus amicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

Nam memor irarum homo non eſt preteritarum

De laude et vituperio proprijs

q2 laus ꝓpria ſordet   vituperaueris tu
Non te collaudes nec te culpaueris ipſe
ſtultos   vana
Hoc faciūt ſtulti quos gloria vexat inanis

Phylargyria pompoſa ventoſitas. aure ventilabro blandiẽtis illecta proprijs ſeducta iudicijs. dum ſue ꝓbitatis merita indebite cōſideratiōis menſura perpēdit. a rōnis tramite deuiat ⁊ oberrat. Dum em̄ ſe ſupra ſe ampulloſa temeritate ſuſtollit. magnificoꝝ actuū excellentiam vſurpat. Et dum exteri⁹ vox preconia ipſa merita dolēter abſentat tūc oſtentator immerite laudis emul⁹ multiflue commēdationis titulis ſibi laudis preconium ſolemnizat. Uerum hec peſtifere ſeductiōis macula eo precauēda diligenti⁹. ⁊ ab agro cōſcientie maturi⁹ propellenda quo ingratitudinis cōtagiata veneno. in offenſo diuine maieſtatis attemptat. quam abſorbet cecitatis fouea profundiſſima ⁊ immanis. Hoc faciūt ſtulti quos gloria vexat inanis. Unde nouus Cato.

Laudem vel culpam ſibi quiſquis donat iniquam
Cōuenit hoc vanis quos gloria vexat inanis

De moderata poſſeſſionū diſpenſatione

acq̄ſitis p laborē vel induſtriā   impenſa
Utere queſitis modice dum ſumpt⁹ abundat
.i. cōſumit   puo tpe   acquiſitū eſt
Labitur exiguo qđ ptū eſt tempore longo

Si perflante borea. et aquilonis vehementia conſpirante. protenſis velis. ac nauigio libero in altum pelagus ſcapham impegeris ſecuturi naufragij diſcrimina non euades. Sic conformi parilitatis exemplo dum exigua dotatus ſubſtantia ſumptus multifarios exercere contendis. debilitato protinus fundamento tue proſperitatis. ſerenitas ſubitā corruet in ruinam. Et dum proprie fatuitatis experieris ſtipendia. deriſionis patieris opprobrium. Ad future quidem paupertatis inopiam famoſa conſtituo domicilia. dum quottidiani victus peculium ſine augmenti beneficio. ablatione continua detraho ⁊ emungo. Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo. Unde nouus Cato.

Parum diſpenſa cum poſſit creſcere menſa
Durat namq3 parum nimis vſus diuitiarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

¶ Secundum locorum ac temporum variationem te diuerſum exhibeas

fingē te inſipientē .i. loco ꝛ tp̄e opoꝛtuno
Inſipiēs eſto. dum tp̄s poſtulat aut res
inſipientiā fingere .i. vbi ꝛ qn̄ opoꝛtet
Stulticiā ſimulare loco prudētia ſumma eſt

¶ Si recte deliberatiōis cautelam humano ꝓuictui moꝛem geras. te exhibere feſtines. nō vniformem cōfoꝛmiter ſed diffoꝛmiter vniformiem ¶ Quin em̄ ſapiētum cōſiſtoꝛijs aut ſenatoꝛum cōſilijs intereſſe cōtigerit. tūc grauitate fungēdum eſt. ꝛ iocūditatis relegato tripudio cōuenit maturitatis ſolio ſtabiliri. ¶ Cum vero ſtudioſi laboꝛis relegato diſcrimine cohabitātium multitudo ludicra recreatiōis ſolatia. in laboꝛis premium proſequit̄. tunc fas erit in diſciplina moderatiōis attenta grauitate iocoſitatis ſolatia miſceātur. Et quāto pro loco ꝛ tempoꝛe in his ridiculoꝛum geſtib⁹ te vberioꝛem pꝛebueris. tāto amplioꝛis prudentie cōſequeris preconia. Nam huiuſmodi virtualis moderatio. cenſetur actualis vite ductrix pariter ꝛ alumna. Stulticiam ſimulare loco prudentia ſumma eſt. Unde nouus Cato

Te ſtolidum finge quando res ammonet inde
Eſſe loco ſtultum hoc ſepe fit vtile multum.

¶ De fuga luxurie et auaricie declinatiōe

foꝛnicationē adulteriū ꝛc.
Luxuriā fugito ſimul et vitare memento
qꝛ vitā abbꝛeuiāt coit⁹ ꝛ cura nimia
Crimen auaricie. nam ſunt contraria vite

¶ Celebꝛioꝛis fame titulos ꝛ virtualis cōſiſtentie iubar rutilans. ſibi deſiderans coaptare. veneree dominatiōis nephandum imperium. ꝛ formidāde cupiditatis ambitum. declinare feſtinet. ¶ Nam ſiquis tam arctiſſime ſeruitutis compedib⁹ ſemel fuerit alligatus. libertate proſcripta toti vicioꝛum collegio vectigalia ſeruitutis adijciet viliſſimo tandem charactere notatus infamie. Crimen auaricie. nam ſunt cōtraria vite. Unde nouus Cato.

Raro credatur cuiqꝫ ſi multa loquatur
Unde relatoꝛi tu ſemper credere noli.

¶ Omni ſpiritui non credas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

aliqua narrãti tibi
Noli tu quedam referẽti credere ſemper
parua danda multiloq̄o raro deeſt pctm̄
Exiguo ẽ tribuẽda fides q2 multi multa loquũtur

¶ Sagax nature diſcretio mirando preſagio mores inſtruẽs. humano corpori duplex audit⁹ organum ſtabiliuit. per hoc patẽter inſinuans hominib⁹. debere auditu percipere plurima aſſenſu vero recipere pauciora. Nondum lingue volubilis loquacitas. emula ꝛ ignara certitudinis more arundinis agitate. ad omnem ventum garrulitatis impellitur. falſitatis circumamicta pallio. hoſpitem ſuũ falſa credulitate ſeducit. Et dum falſitatis primitie rumores. crebra repetitione ſuccedũt. ventoſe mendacitatis arguũt. ꝛ in actorem ſuũ ſiniſtre opinionis diſpẽdia machinãtur. Exigua eſt tribuenda fides. quia multi multa loquũtur. Vñ nou⁹ Cato
Raro credatur cuiq3 ſi multa loquatur
Vnde relatori tu ſemper credere noli.

¶ De immoderata vini aſſumptione

.i. ſi tu inebriat⁹ fueris .i. nõ teipſum excuſabis
Qđ potu peccas ignoſcere tu tibi noli
nã vt ait ſcriptura omnis creatura dei bona
Nã nullũ crimẽ vino eſt ſed culpa bibentis

¶ Tergiuerſatrix humane abuſiõis temeritas. licet innumeris obnubiletur erroribus. in hoc tamẽ precipue patrocinium ſue vicioſitatis aſſumit. q2 a rebus creatis que iuxta ſcripture teſtimonium a ſummo artifice facte ſunt optime nõ ſine creatoris iniuria ſue trãſgreſſionis maculas cõmentatur. Nam cum homĩes veneris detinẽtur voluptatibus. violentum nature cauſant impulſum. Si vero gaſtrimargialis ingluuies eos vehemẽter obſederit adeo vt perſepe noctes patiantur inſomnes in calicibus euacuandis ebrietatis crapula delibuti. liquoris fauos replicans ſue turbationis materiam aſſeuerat. Et hi omnes agitati ſpiritu inſipientie errauerũt in modo nõ in via. Nam libero arbitrio volũtatis attento qđ indifferẽter ſe exhibet ad vetitum ꝛ cõceſſum nulla poterit delinquentie macula creaturis adijci. que macula ſola ꝛ iſolidum remanet in arbitrio cõmittentis. Nam nullum crimen vino eſt ſed culpa bibentis.
Vnde Ouidius.
Certa tibi a nobis dabitur menſura bibendi
Officium preſtent menſq3 pedeſq3 ſuum. ¶ Vnde quidam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

Si bacho. Veneriſqȝ vacas. qui cetera ſubdis
Sub iuga veniſti. libertas tunc perijtqȝ

Secretum tuum fideli ſocio. egrotum corpus cōmitte perito medico

ſecretum cōmenda ſecreto amico
Conſiliū arcanum tacito cōmitte fideli,
curationē corpis egroti cōmenda expto
Corpis auxilium medico committe ſodali.

Humane nature ſpecies diſſimili copulata cōiugio. anime ⁊ corporis contrahit vnionem ⁊ vtriuſqȝ incommodis creatrix natura prouidit. ne crebre fatigationis baculo homines frequēter attriti in deſperatiōis foueam laberētur. ⁊ anime quidem in procurādo ſolatio amicicie federa prudenter aptauit. quibus alternatim cōmunicatis mētis angarijs. mutue conſolatiōis ſtipendijs demulcemur. Si vero corporales moleſtias experiri contingat. medicorum peritiam cōſulenda cenſuit. qui herbarum viribus ⁊ pigmētorum virtutibus nature damna reſartiūt. quos honorari ſcriptura cōmemorat. ſicut refert nepotulus patrueli. Coporis auxilium medico cōmitte fideli. Unde nouus Cato.

Res occultande tacitis ſunt participande
Si non vis ledi medico tu crede fideli.

De conſtanti propoſito in aduerſis

.i. aduerſas fortunas pati impatiēter
Succeſſus indignos noli ſufferre moleſte
cōcedit ſ p̄ pſpera hoībus p grauiorē ruinā
Indulget fortuna malis vt ledere poſſit

Si fortune ſeuiētis proſperitas. te valida turbatione cōcuſſerit. non te ſubito moueat ſubire perturbatiōis impulſus. ſed propria demeritorū facinora reminiſcēs. a diuine bonitatis iudicio hoc retributionis iudiciū cenſeas proceſſiſſe. Superne quidem equitatis hoc iudicio ſeueritatis. i. preſenti gladium diſcretionis obijcit. vt vexatio tribuat intellectum. reprobis vero a filiorum numero perpetui anathematis diuiſione ſecluſis. mūdane proſperitatis fouet ſubſidio. tanqȝ meritorum vacuis ac vili remuneratis nummiſmate. quos tamē in ſortem hereditatis perpetue. et in numero filiorum agnoſcit. Indulget fortuna malis vt ledere poſſit. Unde nouus Cato.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

Prauos ſucceſſus noli tu ferre moleſtus
Sepe mali florent vt poſt ſua gaudia plorent

¶ De prouidentia

lōge ꝓuide que futura ſunt has aduerſitates tolerādas
Proſpice qui veniūt hos caſus eſſe ferendos
iacula ꝓuiſa minus ledūt omne quod
Nā leuius ledit. quicquid ꝓuidimus ante

¶ Docēt nos ſalomonis eloquia. vt palpebre dirigant greſſus noſtros. Et iuxta poetarum carmina iam bicipitis imitetur effigiem. qui priora conſpiciēs poſteriora non negligit. ad fortune iacula mentis oculos diligēter oppone vt dum forſan in poſterum proſperis recedentibꝰ. ⁊ aduerſa ſorte ſecuta. in gladium durioris caſus impegeris. moderatiori mente ſuſtineas. que proueniūt animo preuidēte. Nam leuius ledit quicquid preuidimꝰ ante. Unde nouus Cato.
Nam fero iacturam leuius quam cerno futuram
Res improuiſa ſed non bene ledere viſa

¶ De mentis cōſtantia in caſibꝰ aduerſis.

in aduerſis fortunis pdere
Rebus in aduerſis aīm ſubmittere noli
eſopus. ſpem decet amplecti ſpes eſt via prima ſalutis
Spē retine. ſpes vera hoīem nec morte relinq̄t

¶ Si impetꝰ fortune ſeuiētis tue mētis hoſpiciū inuaſerit. aut ꝯcuſſus corporee molis angul᷑. ferali ꝓprimet demētia nō idcirco mētis cōſtantia muro vallata fortitudīs in foueā deſꝑationis accedat. ſed clypeo cōfidentie fortioris armata. oēs equanimiter fortuniorꝫ tēpeſtates exſpectet. ſuperſtite quidē in aīo ſpei anchora quātūcūqꝫ ſeuiat mūdꝰ. frēdeat hoſtis. impetꝰ fortune terreat. non ꝓualebūt aduerſarie ꝑtātes nō ob hoc tāte ſoliditatis fundamentū corruat. ſpes quidē indiſſolubilis. nullo machinationis īpetu te dēlinq̄t. Spem retine ſpes ꝟa hoīem nec morte relinq̄t
Nemo malis cedat ne deſperatio ledat. Unde nouus Cato.
Omnia ſpes vincat nec nos quoqꝫ morte relinquat

¶ De vtilium rerꝫ cuſtodia

vtile a te remouere
Rem tibi quam noſcis aptā dimittere noli

in principio .i. pſpera in fine fortuna eſt aduerſa
Fronte capillata poſt eſt occaſio calua

¶ Si neceſſarijs vſibꝰ quicquid oportunum tibi cōtigerit poſſidere. nō per te faciliter in alterum transferat. ne cum neceſſaria tibi deſint in tante pauptatis laborinthū repente ſubeas ꝓdigalitatis ludibrio maculatus. Dum eñ ſubſtantie partem imprudēter abigis. tota ſucceſſiue defluit cōſtituendꝰ es in proximo in pauptatis menibꝰ ⁊ in valua. Fronte capillata poſt eſt occaſio calua. Unde nouus Cato.

Fronte capillata bona res non ſit reprobata
Ut maneant illi quos dimiſere capilli.

¶ Attende preſentia. futura prouide

qñ eſt in pñti vide ſepe .i. qd̕ futuꝝ eſt
Qd̕ ſequit̃ ſpecta qd̕ imminet ante videto
ſequere ianū bifrontē frequēter videt ante ⁊ retro
Illū imitare deū partē qui ſpectat vtrāqꝫ

¶ Moderatricis prudentie cacumē circumſpectiōis oculo meditari ſtudeat pñtia ⁊ futura. ſentētie venerabilis. Senece nō immemor ſic dicentis. Si prudens eſt animꝰ tuus tribꝰ temporibꝰ diſpenſetur. pñtia ordina. futura preuide. ⁊ p̄terita recordare. Alioquin ſi actuū preteritoꝝ obliuioſus extiteris. nullꝰ experientie regulatꝰ induſtria in agēdis tuis claudicans. nullo certitudinis fundaberis fundamēto. ⁊ ſi futuroꝝ cautelas nō adijcias. futura periculoꝝ non euades diſcrimīa. Repſentans igitur iam biformis cōſideratiōis effigiem. viſum dirigas vtrobiqꝫ. Illum imitare deum qui partem ſpectat vtrāqꝫ. Unde nouus Cato.

Rem precedentem videas ⁊ cerne ſequentem
Bifrontem ianum fieri non predico vanum

¶ De proprie carnis gubernatione

ſanior viuas ſobrior in potu ⁊ cibo
Fortior vt valeas interdū parcior eſto
ſ p̄. corpis. qꝛ natura a paucis eſt cōtenta exercitia virtutū
Pauca voluptati debētur plura ſaluti

¶ Rōnis imperāte dominio. humane carnis mancipium placabili frugalitate letat̃. quod ſi ex induſtria procuret̃ exceſſiua ſaginari dulcedine. iam nō dure caſtrum rabie belli audebit inflammare. Sed per paucis et tenuibꝰ homo exterior cōtentus ſtipēdijs interiorum ſtudeat ſciētiarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

ac ꝟtutum exercitijs ſaginare. horrore dignum reputās ancillam preſide-
re domine ac dominam famulari ſubſeruiēdo quidam vitijs ⁊ proſcribē-
do ſapiētie ꝟtuti. Pauca voluptati debent plura ſaluti. Vn̄ nou⁹ Cato.
Parcior eſto cibis ⁊ ſic tu fortior ibis
Vult ſalus multas paucas res ipſa voluptas.

¶ Pluri moꝝ ſententiā non inuidas ſolus.

ſententiā vel decretū cōmunitatis .i. tu ſolus
Iudiciū populi nunq̄ contempſeris vnus
.i. ne diſpliceas omnib⁹ ꝑ propriā opinionē
Ne nulli placeas dū vis cōtemnere multos

¶ Multoꝝ ⁊ ſapiētum ſentētiam calculo approbatam. temere cōtrarie-
tatis obijce non repellas. ne aura ſuperbe vanitatis impulſus prudentie
tue modum nō ſtatuens. ſed te tollēs in aera. alioꝝ ſentētias peruipen-
das tāte ſiquidem p̄ſumptionis. abuſus odioſe cōtentionis ſagittas ⁊ ex-
cogitatos deriſiōis ſtimulos percurrit ⁊ adultos. Ne nulli placeas dum
vis cōtemnere multos. Unde nou⁹ Cato
Nunq̄ tu multos debes contemnere vnus
Nam nulli placet qui ſolus abijcit omnes

¶ De futura beatitudine cōſequenda

.i. principaliter q̄d precellit oīa ſollicitatio ſanitatis
Sit tibi p̄cipue q̄d primū eſt cura ſalutis
que ſemꝑ bona ſunt vituꝑes qn̄ ꝑpter tuū malū regimen
Tꝑa ne culpes cū ſint tibi cauſe doloris

¶ Perfectiōis humane felicitas. que ſublimi bonitatis exiſtētia colloca-
tur feruētiori captet deſiderio. ⁊ habita cōſeruet diligentius. nam totius
humani deſiderij. apicem compꝛehendit. Uerūtamē ſi noſtre erumnoſe la-
bilitatis mutabilitas. varijs propellat incōmodis. ⁊ multifarijs tribula-
tionum dolorib⁹ atteratur. nō ob hoc liceat in murmuratorie lamētatio-
nis voces erumpere. nec temporꝝ malignitati tribuere. ea iuſto modera-
mine ſtatuerūt diuinitatis arcana plena ſapiētie ⁊ decoris. Tꝑa ne cul-
pes cum ſint tibi cauſa doloris. Unde nou⁹ Cato
Prima ſit in cunctis ſemper tibi cura ſalutis
Tempora non flebis ſi corpus forte dolebis.

¶ De ſomnioꝝ fantaſmatibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

nocturnas viſiones .i.ipſe homo ſperat
Somnia ne cures.nā mens humana qđ optat
.i.ſomniū ⁊ viſionē ꝓ ſomniū
Dū vigilat ſperat ꝓ ſomnū.cernit idipſum

¶ Nocturne viſiōis fantaſmata.que diurne cogitatiōis affectatas ima gines repreſentāt.abolitis replete myſterijs non cōfidas. Nam ſi ea futurorum euentuum vaticinati preſagium curioſa putatiōe contenderis, non ſine diuine maieſtatis iniuria.diuinatiōis nota cōtaminatus cenſeberis. Sane ad eādem ſuperſtitiōis ſpeciem ardēter referas laruas ſomnia ⁊ lemures. Somnia ne cures.nam mens humana quod optat

Unde nouus Cato.
Somnia ne cures nam fallunt ſomnia plures
Sollicitus durat qui fruſtra ſomnia curat.

¶ Documentum vite regularis

optas morale
Te quicūqꝫ cupis carmē cognoſcere lector
documēta moralia aptiſſima humane
Hec p̄cepta queras que ſunt grauiſſima vite

¶ Viciosi cōuictus declinare volens naufragium.⁊ virtuoſe habitudicis.iocūdis indui veſtimētis.ad ſequētium preceptorum canones conetur aures bibulas inclinare.quib⁹ in cellula memoriali reconditis.⁊ tēporis exercitatiōe completis moralia vite ſummam afferēt gratia ⁊ virtutibus polimite. Hec precepta feras que ſunt gratiſſima vite.

Unde nouus Cato.
Quiſquis adeſſe velis ⁊ carmina diſcere queris.
Cum monitis tutis diſcas precepta ſalutis.

¶ De nobilitate ſciētie ⁊ eius ꝓfunditate.

virtutū ⁊ ſcientiaꝝ virtutes ⁊ ſciētias
Inſtrue p̄ceptis animū.nec diſcere ceſſas
hois ſimilitudo
Nā ſine doctrina.vita eſt quaſi mortis imago
ſp.ſi meū cōſiliū feceris habebis.i.ſed ſi cōtempſeris
Cōmoda multa feres.ſin autē ſpreueris illud
monitorē cōtemptorē tu
Non me doctorē ſed te neglexeris ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

¶ Immēſa cōditionis humane dignitas. diuinis priuilegiata fauoribꝰ in ſapiētialis cognitiōis lumine ſtabilitur. qua apprehēſa ſupernis intel-ligētijs ſimiles. ⁊ ea neglecta iumentis inſipientibꝰ non diſſimiles inue-nimur. Tanto igitur attētionis conamine. ab anime haſpicio ignorātie detergens rubiginem. immo iugi ſtudiorū exercitio ⁊ ſciētiarum lampa-de ipſam foueas ⁊ attēdas ne ignorantie tenebreſcēs erroribus ac doctri-ne ſalutaris exoſa vicioꝝ fiat pediſſequa ⁊ propago. Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago. Unde nouꝰ Cato.

Imbue iam mentem noſtre rationis egentem
Mens ſine doctrina ſtat vite certa ruina
Carmen ſi ſpernis tibi maxima commoda perdis
Non carmen miſſum ſed te neglexeris ipſum

¶ Non te moueāt maloꝝ detractiones.

iuſte qm̄ malis diſplicere laudabile eſt
Cum recte viuas ne cures verba maloꝝ
.i. in noſtra volūtate illud
Arbitrij noſtri non eſt qd̄ quiſqȝ loquatur

¶ Rectoris vite incedēs per tramites artiores. ſi detractorum maliuo-lis oppugnaris inſultibꝰ. ſi in te cōuentus malignātium omnia venena-te detractiōis machinamenta componat. nō ob hoc ſincere rationis ſtabi-litas moueatur. nam hoc ſolum propriū ſibi vendicat virtualis eminen-tia in ſolio celſitudinis collocata. q̄ liuoris aculeos experit̄ inſtantiꝰ. qui-bus nec verboſe corrixatiōis quaſi iniuriam ꝓpellendo vicem maledicis referat. nec a ꝟtuoſe ſtationis culmine trāſferatur. Arbitrij noſtri nō eſt quod quiſqȝ loquatur. Unde nouꝰ Cato.

Si bonus es morum non cures verba malorum
Nulli ſcire datur quod ſemper quiſqȝ loquatur

¶ Celato crimen amici.

in iudicio tu exn̄s .i. ſalua reuerētia veritatis
Productus teſtis. ſaluo tn̄ ante pudore
.i. tege p ſilentiū. aut p colorem aliquem. ſaluo ⁊c̄.
Quātumcūqȝ potes celato crimen amici

¶ Ad pretoris vocatꝰ iudicium. vt ſuper delato quolibet amicorum cri-mine perhibeas teſtimonium veritati quo aduſqȝ potueris amici reatus et crimina licet tibi perſpicua ſilentij cautela contegas et colores. ſal-ua tamen in omnibus fixi et honeſtatis reuerentia. quas amico preferre

cōuenit. ne de erratiōis ignominia. aut cōſenſu criminis mordeti valeas aut cōuinci. Quātumcūqꝫ potes celato crim̄. ē amici. Vñ nouꝰ Cato.

Cum fueris teſtis ne ſit pudor huic tibi peſtis
Non debet dici tunc per te crimen amici.

De adulationum blandimētis

molles ⁊ adolatorios femineo more
Sermoues blādos bleſoſqꝫ vitare memēto
ficta ⁊ ſil'ata ē in ꝓuerbio ē. i. ſub ficta ſimplicitate ꝑtendūt fraudem
Simplicitas veri fama eſt fraus ficta loquendi

Virulētas lingue blandiētis fallacias. ſi non ſurdo pretereas auditu deceptiōis laqueos nō euades Quemcūqꝫ eñi de viroꝝ numero audieris ſeductorio more blādiri. aut muliebri ritu ſermones vocibꝰ delicatis infringere aut lenocinantis lingue blādicias preoccupare ſuſpiriȷs aut miſcere ſingultibꝰ interiectis. ibi tacite captionis laqueos prudēter aduertas. qui tāto diſponūtur efficacius. quāto ſophiſta dolоſus tibi perſuadere nititur lingua doloſa. ⁊ ſtudio malignāti. Simplicitas veri fama eſt fraus ficta loquendi. Unde nouus Cato.

Sunt bene vitandi ſermones vtiqꝫ blandi
Sub ſpecie veri nam fallunt ſepe ſeueri
Hoc idem preclare deſcribit eſopus
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis
Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi

De corporis et aīe virtuoſis exercitiȷs

pigriciam animi totius hoīs tarditas vel tepiditas
Segniciē fugito que vite ignauia fertur
.i. nō vacat bonis artibꝰ ſtulticia ⁊ pigricia
Nā cū animꝰ languet cōſumit inertia corpus

Validis occupationum exercitiȷs viriliter aſſueſcas nam ſi ſub torpēti ocioſitate tpa tranſeas feriata. mox a languido corde riuus vicioꝝ ebuliens. omnem mētis humane ꝓcioſam ſubſtātiam auferet ⁊ diſꝑdet. Exercēda eſt igit anima meditationibꝰ arduis. ⁊ vtilibꝰ ſapientie ſtudiȷs. Corpꝰ vero impellēdum viriliꝰ. non ad languorem deſidie ſed ad opus. Nam cum animꝰ languet. cōſumit inertia corpꝰ. Vñ nouꝰ Cato

Segnicies linquat te non ignauia vincat
Cum mens langueſcit caro tunc defecta ſeneſcit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

Unde preclare dicit Seneca. Labore atq̨ ſtudio animi generoſi nutri-
untur. ſegnicie vero corpora vanitatibus imbuūtur

¶ De animi recreatione

Ouidiꝰ. qꝺ caret alterna requie durabile non eſt
Interpone tuis interdū gaudia curis.
phs. requies ⁊ ludus in vita ſunt neceſſaria portare
Ut poſſis animo quēuis ſufferre laborem

¶ Diutina laboꝝ aſſiduitas nulla quietꝫ intcapedine recreata. vires aīe potēter emollit. ⁊ laboris pſeuerātiam intercludit. ¶ Miſcenda igit̃ eſt humanis laboribꝰ gaudioſe cōſolationis relaxatio. que tāte moderatiōis ſtudio teneat̃ (vt ſicut medicinis vtimur) nec exceſſus laſciuiam ſupflui tatis impellat. nec defectꝰ animū deijciat in faſtidium ⁊ errorem. Ut poſ ſis aīo quēuis ſufferre laborem. Unde nouꝰ Cato.

Gaudia ſepe tuis debes adiungere curis
Sic ſufferre datur ſi quid fortuna minatur.

¶ Alterius crimen non diiudices.

hoīs ne momorderis
Alterius dictū vel factū ne carpſeris vnq̨
in dictis ⁊ factis tuis homo
Exemplo ſimili ne te derideat alter

¶ Si pprie tranſgreſſiōis vltor idoneus non diſſimulator extiteris ad alieni reatus maculas. iudicij cōdemnātis oculos nō conaberis retorque re. Qui em̄ liuoris dente cōdemnationis forfice. vel irriſiōis notamie p ximoꝝ actus cōſueuit laceſſere. criminoſe cōſcientie ſe fatetur participem alienis irriſionibꝰ in poſterum impellendꝰ. Abigat̃ ergo quātotius a cō ſciētie thalamis. et a lingue prurietis impulſu. temerarium aliene culpe iudicium. ⁊ deriſionis vipera cōſcientie morbus acer. Exemplo ſimili. ne te derideat alter. Unde nouus Cato.

Nullum dicentem reprehendas vel facientem
Ne ſimilis riſus ab alijs ſit reddere viſus

Unde Sene. Eſto viciorum fugax ipſe alioꝝ ne vicioſus ſcrutator nec acerbꝰ reprehēſor ſed ſine exprobratiōe corrector.

¶ Bona fortune ne diſpendere cures

illud legauerit in teſtamēto vltima volūtas
Qꝺ tibi ſors dederit tabulis ſupma notato

nõ dilapidãdo tibi legata   ille   defamat
Augendo ſerua. ne ſis quem fama loquatur

¶ Cum fortune volubilis munificẽtia te nouiſſime benigno fauore proſequẽs vberiori proſperitate repleuerit. tunc ſagaci fretus cõſilio largita donaria cum debita moderatiõe diſpenſa. ne prodigalitatis diluuio circũuentus deriſiõis publice noteris infamia. dum proprie temeritatis iuſticia de plenilunio veneris in eclipſim dum ea que plurimis videbãtur effundẽda temporibꝰ. confracta moderatiõis ſtatera ſubito ⁊ inutiliter diſpergũtur. Augendo ſerua ne ſis quem fama loquat. Vñ nouꝰ Cato
Mortis ſorte datum tabulis ſit queſo notatum
Et ſerues auctum ne canet fama retractum.

¶ De auaricie declinatione in ſenibꝰ

abundant   vite tue
Cũ tibi diuitie ſuperãt in fine ſenecte
munera dans   tenax
Munificus facito viuas nõ pcus amicis

¶ Si vberes diuitiarum aceruos te ſeneſcẽte poſſideas tũc peſſulo liberalitatis effracto. ipſa vberalitate magnifica diſtribuas ⁊ effundas. nam theſaurizare poſteris ⁊ auaricie macula ſue vite terminum denigrare cenſetur abſurdum. ⁊ nõ diſſimile ab his qui aratro ſulcãt arena. vel triticũ ſeminãt in miricis. Munificus facito viuas non parcus amicis.
Unde nouus Cato.
In ſenio diues dum paruo tempore viues
Multis multa dabis nec amicis plura negabis

¶ De cõſilio vxoris filioꝝ. aut famuloꝝ

exiſtens   tui
Vtile conſiliũ dñs ne deſpice ſerui
alicuiꝰ ſniam vel cõſilium   nõ deſpexeris
Nullius ſenſum ſi pdeſt tẽpſeris vnquã

¶ Diſtributoris largitas copioſa. apud quem nullam perſonarum reperitur exceptio. frequẽter perſonis humilibꝰ dona ſapiẽtie largioris infundit. fugiẽs cathedras optimatum. Si ergo quiſpiam de vernaculis. vel tibi qualibet inferioritate ſubiectis cõſilium vene maturioris afferat gratant hoc ſuſcipe. ne obaudiẽs animo indignanti. nec cõtra ſapientis conſilium proprie inuitaris prudẽtie. dum alienum abijcis. quod iudicatur reprobũ atq nequã. ſi pdeſt ſenſum nulliꝰ carpſeris vnq. Vñ no. Cato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

Non ſit neglecta ſerui ſententia recta
Nec contemnatur tibi cum bene conſiliatur

¶ De rerum ⁊ tp̄m aduerſa permutatione.

quibus cares ſp̄. tibi mō̄ illud
Rebus ⁊ in ſenſu. ſi nō eſt qd̄ fuit ante
ſis cōtentus ⁊ patiens cū illo
Fac viuas cōtentus eo qd̄ tempora prebēt

¶ Si nouerca proſperitatis negligentia ſeu fortunati caſus euent⁹. tui peculij fines inuaſerint. iam pauptati fedus proximū ineuntes. non ob hoc puſillanimitatis deprimaris ſub ſolio ſed cōſtantie rigore ſeruato. ſufficiētiam pro cōiuge amplectaris. Fortune quidē crebra mutatio. ⁊ mobilium diſtractio cōſueta. viriles mētes offendere nunq̄ꝫ debent. Fac viuas cōtentus eo quod tempora prebent. Unde nou⁹ Cato.

Pauperior cenſus non ſit turbatio ſenſus
Sed ſis contentus vt omnia fert tibi tempus.

¶ De diſcreto cōiugio cōmittenda

caue ꝓpter diuitias ⁊ honoꝝ poſſeſſiones
Uxorē fuge ne ducas ſub nomine dotis
vxorem infamis ⁊ intolerabilis
Nec retinere velis ſi cepit eſſe moleſta

¶ Si matrimonialib⁹ vinculis te aliquotiēs obligari delectet nō poſſeſſionū copias. nō diuitiaꝝ abundātias principaliter adipiſci cōtendas in cōiuge. ſed moꝝ dec⁹ virtutum īſignia. ⁊ generis claritatē. quā ſi cognita veritate ppēderis a moꝝ generoſitate degenerē. aut iracūdie ſtimulis agitatā. ab ei⁹ vinculis ꝓperant̄ effugias. etiā ſi ſummi culminis copiarum aut claritatis attollatur honoribus. Nam talium cōiugatorum nouiſſima vtriq̄ꝫ partiū ſordida ſunt ⁊ infeſta. Nec retinere velis ſi ceperit eſſe moleſta. Unde nouus Cato

Non tribuat votis vxorem copula dotis
Ut diſiungaris ab ea ſi forte grauaris

¶ Aliorum exemplo viue

Tercius. ſapiētis eſt periculū ex alijs ſumē. quid tibi facere licet
Multorum diſcas exemplaq̄ꝫ facta ſequaris
et que ſequaris docet
Que fugias. vita ē nobis aliena magiſtra d iiij

❡ Si regulate moriginatiōis cacumina gradatim queras aſcēdere. alie
noꝝ euentuū fias ſedulus explorator. qꝛ dum alios recordaberis ſue pru
dētie miniſterio. in ſuis ꝓſperatos actib⁹. alios vero detrimētum ex ſuis
operib⁹ aſſecutos facili cēſura iudicium cōiecturare licebit. quid agendi
vtili⁹. aut totaliter relinquēdum. Noueris quidem ꝙ p̄ntis vite decur-
ſus nobis mirabili varietate ſubſeruit. in qua experiētia reperiť princeps
et miniſtra. Que fugias vita eſt nobis aliena magiſtra. Vn̄ nou⁹ Cato
Ex aliis diſcas quid agas bene quid ve remittas
Nunc ad viuendum vita eſt exemplar habendum

❡ Poſſe tuū non tranſcendas.

.i. vires tuas examina ſuppreſſus
Qd̄ potes id tempta. opis ne pondere preſſus
ſubt⁹ cadat ꝛ deficiat incōpleta. i. incepta
Succūbat labor ꝛ fruſtra temptata relinquas
❡ Si arduū aliqd te cōtingat aggredi. vires tuas primit⁹ metiaris ne
preſſus mole ponderis. nimia fatigatiōe ſuccumbas. aſſecut⁹ plebis ridi-
culum. dum abuſiua deceptiōe ſeductus inchoatum op⁹ deſeris imperfe-
ctum Satius quidem eſt a magnis actib⁹ deſiſtere. qꝫ ꝙ inceptum teme
re relinquas. Succumbat labor. ꝛ fruſtra temptata relinquas.
Vnde nouus Cato.
Materias pares in viribus ſumpſeris aut res
Defeciſſe vides inimici pondere vires

❡ De maleficiorum accuſatione.

facinus magnū iniuſtū tacere illud
Quod factū noſti iniuſtū. nolito ſilere
agentes ꝛ cōſentiētes pari pena puniūtur
Ne videare malos. imitari velle tacendo
❡ Si mot⁹ malignātium ſceleroſe factionis malicia leges publicas cō-
turbauerit. Cui⁹ rei taciturnitas paucis vel plurib⁹ faciat detrimētum.
propalādum eſt veloci⁹ et ad aures publicas reducēdum. ne forte iniuſti
ciam maligne reticēs. iniuſticie arguať. tanqꝫ malens facinorib⁹. ſilendo
tacitum p̄bere cōſenſum. qꝫ maloꝝ indignatiōe recepta obuiare crimib⁹
arguēdo. Ne videare malos imitare velle tacēdo. Unde nouus Cato.
Si mihi tu credis nunqꝫ mala facta ſilebis
Nam quiſquis celat ſe conſentire reuelat

❡ De iudicis adiuuamine poſtulādo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

qui hꝫ autoritatē interp̄tādi .i. ſi lex videat̄ iniq̄ reb⁹ tuis cōtrariari
Judicis auxilium ſub iniqua lege rogato
q̄ in vniuerſali dant̄ .i. interp̄tant̄ in p̄ticularib⁹ caſibus
Jpſe etenī leges. cupiūt vt iure regantur

¶ Legalis iuris ſeueritas. particulares caſus cōcipiens: moderationem exigit iudicātis Alioquin repēte verterent̄ in perniciem. que moderatione iuſtiſſima fuerat ab inicio cōſtituta. Dum ergo rigorem legis accepis cōtra p̄prie inſtitutiōis calculum. tuis negocijs aduerſari. Ad legis declarādam ſentētiam patrociniū iudicis interpellas. Hoc em̄ legalis inſtitutio exigit. vt interpretet̄ benignius. ⁊ ei⁹ obſcuritatis nebule equiſſimi cenſura iudicis abſoluātur. Jpſe etenim leges cupiunt vt iure regantur. Unde nouus Cato.

Judex ſis tutus ſub iniqua lege ſtatutus
Nam ſub iure regi placet omni tempore legi

¶ De patiētia in tormentis retinenda

p̄pter tua demerita ſuſtinere
Q̄d merito pateris. patiēter ferre memento
q̄n noſcis te culpabilē iudicante corrige
Cūqꝫ reus tibi ſis. ipſum te iudice damna

¶ Dum iuſticie veritas criminum equitati reſpōdet. nulla nouitatis intemperies aut nouitatis ſpēs exorit̄. dum ⁊ rōnis iudicium ſcopulos dubietatis amouet. ⁊ p̄petrate culpe cōſcientia a lata ſententia nō diſcordet. Nam vt ait boetius. Si mali ſui criminis deformitatem agnoſceret. vltro ſe preberēt iudicib⁹ puniēdos. vt ſui reatus deformitas iuſticie medicamine deleret̄. Dum ergo patrati ſceleris immanitas abiecto ſilētio cunctis innotuit. flagellum rigoris inflicti modeſte ſuſtineas īmo impellēte ſynderiſi. ⁊ cōſcientia p̄teſtāte teipſum argue ⁊ cōdemna. Cūqꝫ reus tibi ſis ipſum te iudice damna. Unde nouus Cato.

Omne tuum ſemper ſuffer meritum patienter
Cūqꝫ reus conſtes non te ſine crimine monſtres.

¶ De ſtudij continuatione

p̄batiſſimoꝝ ſcripta multis apta ab ineptis diſcernēdo
Multa legas facito. p̄lectis p̄lege multa
flores ex ſpinis. grana ex paleis. ⁊ argentū ex luto collige
Nā miranda canūt. ſed nō credenda poete

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

¶ Studiorum perſcrutator ſedulus. volens multiplicibus ſtudiorum vigilijs. ſapientie matris cubiculum introire. varia perquiſitiõis indagine rimetur actores. ⁊ plurimorum perquirẽs ſtudia. diſcretiõis ventilabro a veris falſa. ⁊ ab imperitis perita. firmitatis cautela diſcernat. ne ſophiſticatiõis verboſitate cõfuſus. aut equiuocationis nubilo circumductus. opinionem veritati preferat. vt ſeductori doctoris nomẽ tribuat ⁊ prophete. Nam mirãda canũt ſed non credenda poete. Vñ nouꝰ Cato.
Fac vt multa legas ⁊ idem tu ſedulo degas
Sic vt vera petas varios non imitare poetas.

¶ De modeſta locutione circa menſam.

ſimul comedentes comis facetus
Inter cõuiuas. fac ſis ſermone modeſtus
garrulus facetus reputari
Ne dicare loquax. dũ vis vrbanus haberi

¶ Inter exterorũ epulas venerãter accumbẽs. lingue ventilabrum ſagaci moderatiõe refrenet. ne ſi paulo licẽtius in verba ſcurrilitatis aut odioſe loquacitatis defluat cõtaminationis venenũ referat in actorem. quod facili medicamine nõ poterit aboleri. Ne videare loquax dum vis vrbanus haberi. Vnde nouꝰ Cato.
Dum cõuiuaris caueas ne multa loquaris
Diſcat ab vrbanis vir garrulitatis inanis

¶ Irata coniunx non te moneat.

plorantis
Coniugis irate noli tu verba timere
parat deceptiones
Nã lachrymis ſtruit inſidias dum femina plorat

¶ Si perturbatiõis incẽdijs turbata propria vxor. ebulliẽs voces multimode lamẽtationis. effundat gemitum ſingultibus dilatatum. his de cauſis nullatenus virilis exacerbetur cõſtantia aut mulieris mota fletibus agitetur. Nam hoc habet propriũ muliebris ſexus fragilitas. ꝙ vbi abundãtiori luctu pretẽdit iudicia. ampliora future deceptiõis retiacula viro ſua depromit. dum multum perfundit lachrymas ⁊ rorat. Nam lachrymis ſtruit inſidias dum femina plorat. Vnde nouus Cato.
Nil tibi curetur ſi coniugis ira minetur
Femina dum plorat hominem ſuperare laborat
¶ Vnde Ouidius, qui harum rerum expertus erat ait

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 71

Neue puellarum lachrymis moueare caueto
Ut flerent oculos erudiuere ſuos.

¶ De poſſeſſionū temperata diſpenſatione.

inutiliter ꝓdigaliter deficiēt bona aliorum
Utere queſitis ſed nē videaris abuti
tꝑate bonis acquiſitis ꝓdigaliter expendendo
Qui ſua conſumunt cū deſint aliena ſequūtur

¶ Copioſe ſuppellectilis ditatꝰ beneficio. tanto regiminis ordine commiſſa tibi beneficia modereris. vt nec ſuperfluitatis vicio. nec tenacitatis notatus infamia. perfectiōis medium valeas obtinere. Nam dum inutili ⁊ ſuperuacua prodigalitate poſſeſſa diſtribuis. ⁊ inopie domū ingrediens. fatue prodigalitatis vocabulum aſſequeris. in deteriora ruiturus pericula. Nam experiētia docente cognouimꝰ. ꝙ ab opulentia in ſterilitatem collapſi. ſubito carētes proprijs in alienorum appetētiam rapiuntur. Qui ſua conſumūt cum deſint aliena ſequūtur. Unde nouus Cato.

Sic tibi ſit vſus rerum ne fiat abuſus
Qui ſua demergunt hi poſt extranea pergunt

